

cas sine necessitate infringant. Sermonibus ⁊ horis
sacris q̄tū p̄nt interesse festinēt. Ieiunia diligēter ob
seruent professiones ac alia sacra exercitia ecclesiasti
ca frequentent. sacramenta uenerent. cultū dei p̄ pos
se augere conent. Sicq; in omnib; que ad dei gratiaz
⁊ animaz salutem spectant se beniuolos ⁊ p̄ptos
exhibeant quaten; hic t̄paliter ⁊ p̄ eternaliter a do
mino benedici mereant. eodē cooperāte cui laus ē in
secula Amen.

Citauo debet quilib; fidelis ⁊ timoratus rustic; ⁊
panperibus q̄cum facultas p̄mittit elemosinas
largiri. Hoc ē quod sanctus Thobias tercio filium
suum docuit dicens. Ex tua substantia fac elemosinā
⁊ noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. ita enī
fiet ut nec a te auertat facies domini. Suo potueris
ita esto misericors. Si multum tibi fuerit abundanter
tribue. Si exiguum tibi fuerit etiā exigū libenter im
partiri stude. Premium enim bonū tibi thesaurisas ī
die necessitatis. qm̄ elemosina ab omni p̄tō ⁊ a mor
te liberat ⁊ non patiet̄ animam introire in tenebras.
Fiducia em̄ magna erit coram summo deo elemosina
omnibus facientibus eam. Et dominus in euangelio
promittit eis uitā eternā dicens Venite benedicti pa
tris mei percipite regnum quod uobis paratum ē a
ōstitutione mūdi. Et ut sciremus que sint opera mise
ricordie subdit. Esuriui em̄ ⁊ dedistis mibi māduca
re. sitiui ⁊ potastis me. infirmus fui ⁊ uisitastis me. pe
regrinus erā ⁊ collegistis me. In carcere fui ⁊ uenistis
ad me. nudus eram ⁊ cooperuistis me. Contra non
facientibus hec opera dicturus est. **N**ec maledicti

in ignem eternum qui paratus est dyabolo ⁊ āgelis
eius. **H**ic est diligenter notandum q̄ quidam peruer
si homines propter ista uerba errorem quendam per/
nitiosum dogmatizarunt dicentes. q̄ quātacūq; pec/
cata commiserit homo. dummodo hec fecerit miseri/
cordie opa nō poterit damnari. **E**t ratio eorū ē. quia
sententia damnationis pronuntiabit a iudice tantū/
modo cōtra illos qui ea non fecerint. **E**cce q̄ absurda
doctrina. quasi aliud nūl scriptum sit in euāgelio q̄
ista uerba. **M**ulti fuerunt huiusmodi falsi doctores
qui quasdam sacre scripture particulas taliter sū ue/
saniam capitis sui extraxerunt ⁊ pro libito exposue/
runt ⁊ plures deceperunt. **S**uos omnes timorati laī
ci diligenter cauere debent. **U**nde beatus Augusti. dil/
cit. q̄ ille optimus scripturarū tractor est qui eas pri/
mum ex integro legerit. ⁊ sic eas exposuerit. ut nullaz
in eis contrarietatez admiserit. **H**oc quia superbi aut
nolunt aut nesciunt. ideo multipliciter decipiūt. **Q**uis
enīz laicus hoc nesciat. q̄ luxuriari iurare blasphemā
re ⁊ alia huiusmodi non essent peccata si ab illo fie/
rent qui misericordie opera faceret. **Q**uinimmo notū
est ex sacris scripturis. q̄ plures huiusmodi opa fe/
cerunt ex uana gloria. qui ob hoc mercedem non ha/
buerunt apud deum. **E**t breuiter dicendum est q̄ que
cūq; opera exteriora quantumcūq; magna si fiant
in peccato mortali. hoc est extra caritatem non sunt
meritoria eterne uite. **U**nde ⁊ ob hoc dicunt mortua
Bonum siquidem est ex integra causa. malū autē ex
singulis defectibus. **Q**uod ut simplicibus notum si/
at attendant corpus humanum. **S**i enī aliquis debet

diu p̄fite
gula m̄re
m̄re d̄re
cūp̄ d̄re
m̄ mortali
h̄re ad
flam co
miserico
ip̄am sic
re anm
nam. **S**i
miserico
inēp̄a p̄
grā em
q̄ ad heri
m̄re m̄
ne et m̄ndi
alioz fūis
tur uoce
⁊ cūm let
d̄i patri
d̄i fūm p̄
cand̄ or q̄
m̄re d̄re
brāne. **H**oc
p̄fite q̄
tales h̄re
adum d̄
peccata al
fecerit em

dici perfectus ⁊ formosus uir. oportet q̄ habeat sin/
gula mēbra integraliter ⁊ debite disposita. Si at̄ vel
vnum defuerit. iā nō h̄ perfectū corpus. Sic etiā qui
cunq; eē desiderat uerus xp̄ian⁹ oꝝ q̄ ab omni pecca/
to mortali ad minus abstineat. ⁊ bonam uoluntatem
habeat ad faciendum omnia opera bona que suum
statum concernunt. Et per consequēs non solū debet
misericordiam exercere ad proximum. sed etiā ad se
ipsum sicut docet Sapiens Ecclesi. xxx. dicens. Misere
re anime tue placens deo. Ecce nunc bonam doctri/
nam. Sui animam suam immaculatam seruat optimā
misericordiam facit. ⁊ talis deo placet. ⁊ quecunq; de
inceps proximo ex misericordia ipendit similiter do/
grata erunt. Unde ⁊ in euangelio Mathei. xxii. M̄.
q̄ ad hec uerba domin⁹ uenisset primū premisit pha
risee ecce munda prius quod intus ē. ut fiat quod fo
ris est mundum. Quasi diceret. stultus ⁊ cecus es si ad
alios fuers beneficus ⁊ tibiipsi pernitiosus. Fac igi/
tur in te primum misericordiam ⁊ deinde i proximū
⁊ tunc letus audies sententiam meam. Venite benedi/
cti patris mei ⁊c. Verum non propter hoc prohibē/
di sunt peccatores ab operibus bonis. immo exhor/
candi. ut quicqd boni p̄nt interim faciant. donec mise/
ricors deus cor eoz ad penitentiā emolliat. Vñ dicit
beatus Theromī⁹ ⁊ Aug. q̄ mala morte raro legunt
periisse. qui libenter opera pietatis exercuerunt. Hāz
tales habent multos intercessores. quorum precibus
adiuti citius gratiam dei promerent. sed sic sentire q̄
peccata alia non noceant si quis opera misericordie
fecerit extreme clementie est. Sunt plures doctrine

satis pulchre de discretione habenda in elemosinarū
largitione. Sed puto q̄ pro rusticis non sunt multū
necessarie quare dimitto eas gratia breuitatis. ip̄i enī
de paupertate sua prout cōmuniū non ualent mag
nas opes deducere. Diuites autem ⁊ maxime prelati
regulis illis diligentius intendere habēt. Sufficit ru
sticis q̄ excepto necessitatis articulo sic debent opa
misericordie pauperibus impendere. ut non impedi
antur a solutione debitorum suorum. Hoc enim debz
precedere quod Apostol⁹ dicit. Reddite omnibz de/
bita. Deinde quod superest date de illis elemosinam
indigētibus. ⁊ si uisibilis necessitas immineat pau
peri. ita q̄ si non dederit aut mortem aut infirmitatē
notabilem incurreret. tūc sine omni discretione aut sol
licitudine de crastino. omnia debent esse cōmuniā s̄m
q̄ dicit beatus Augustinus. Nasce fame morientem si
non paueris occidisti. ⁊ prompti debeant esse fide
les ad huiusmodi opera misericordie docet precipu⁹
ille uir misericordiarum beatus Gregorius in multis
locis. Vnde narrat exemplū de quodam patrefami
lias. qui cum tota domo sua sedule hospitalitati de/
seruiuit. quadam uice cum ex more aquam infundere
ueller in manus peregrini subito non comparuit. Adi
rans super hoc audiuit nocte sequenti dominum sibi
dicentem. Vuciscq̄ me in membris meis suscepisti. sed
beri me ipsum. ⁊ Similiter de sancto Martino. qui
x̄pm in forma leprosi portauit. sed domin⁹ de collo
eius profiliens ait. Tu me non erubuisti super terram
nec ego te erubescam super celos. Plura ⁊ alia repiūc

exempla ⁊ doctrine salubres. que per anni circulū ī ec-
clesiis predicant̃ piis hominibus in consolationem
pro se. ⁊ auaris in testimonium contra se. **D**unt prete-
rea opera mīe spūalia que etiā fideles laici libēter p
suo modulo proximo debent subministrare. Et sunt
hec. **D**ocere ⁊ consulere indocto. **C**astigare peccantez
uel increpare. siue emendare aut corrigere delinquētē
Consolari tristem. **R**emittere offensam. **F**erre auxiliū
aut patienter sustinere importunum. siue contumelio-
sum ne peior fiat ex responsione. **O**rare pro aliis in/
differenter. **S**ed ad hoc maxime prelati sunt astricti
plus q̃ simplices q̃uis etiā p loco ⁊ tpe suo mō ad
hoc subditi teneant̃. studeāt ergo quicunq; fideles ru-
stici pro uiribus mīe operibus insudare. ut ⁊ ipi mise-
ricordiā hic in eternum cōsequi mereant̃ a largo dño.
qui dat omnibus affluenter ⁊ non impropertat. **C**ui
laus est ⁊ gratiarum actio debet̃ per omnia secula se-
culorum **A**men.

Dno debet quilibet fidelis ⁊ timoratus rusticus
quantum in se est cum omnibus hominibus ⁊ p
cipue cum uicinis ⁊ contribulibus suis pacem seruare
Hoc ē quod monet **A**postolus ad hebreos. xii. dicēs
Pacem sectamini cum omnibus ⁊ sanctimoniam sine q̃
nemo uidebit deum. **E**t dominus in euangelio māda-
uit discipulis suis de pace dicens. **I**n quamcunq; do-
mum intraueritis primum dicite pax huic domui. **E**t
si ibi fuerit filii pacis requiescet sup̃ eā pax uestra sin
autem nō ad uos reuertetur. **I**tem ut breuiter domi-
nus eam nobis commendaret ait. **B**eati pacifici quo/
niam filii dei uocabuntur. **U**bi a contrario sensu ex/